

1414. in Majo. v. Junio. Ex Orig: Arch: Regni.

349.

In villa regia Cekowo in Districtu
Kalisensi 20. Marcae inscribuntur.

74
Vladislaus Dei gratia rex Poloniae, Li-
thuanieque princeps supremus et heres
Rusie etc. Significamus tenore presenti-
um, quibus expedit Universis. Quomodo at-
tendentes pure fidelitatis constantiam, et
constantis fidei merita, quibus strenuus
Martinus de Slawsko subcapifer Poznan-
ensis miles noster fidelis nobis complacuit,
et in futurum aucto, fidelitatis studio pote-
rit complacere, horum intuitu, volentes
ipsorum gratiarum nostrarum proregni fa-
voribus, et ad nostra obsequia reddere prom-
ptiorem. sibi, in et super villa nostra Ceko-
wo in Terra majoris Poloniae et Districtu
Kalisensi sita, viginti marcas numeri et
ponderis polonicalium, quadraginta octo gros-
sos in marcam quolibet computando,
cum omnibus et singulis ipsius villae utili-
tatibus, fructibus, censibus, redditibus, et pro-
ventibus universis ad ipsam spectantibus
quomodolibet ab antiquo Damus, dona-
mus, et ascribimus presentium per teno-
rem, per ipsum habendam, tenendam uti-
fruentiam, et pacifice possidendam tandem
quousque sibi vel suis successoribus, per
nos vel successores nostros viginti marcas
predictae

114
predicta, fuerint persoluta, quibus so-
lutis, predicta villa possessio ad nos et
ad nostros successores redire Debebit pleno
jure. In cuius rei testimonium sigillum
nostrum presentibus est appensum. Datio-
nes vero et contributiones stationum soli-
tas et consuetas pro nobis reservamus.
Datum in Obornyki feria tertia proxi-
ma ante festum Corporis Christi. An-
no Domini Millesimo quadringentesimo
quarto Decimo.

Relatio Domini Donyi regni
Poloniae Vicecancellarij.

Ta Kopia przepisana z oryginalu
parganinowego anulowanego
dnia 8. Stycznia R^o 1783. od Kto-
rego pieczęć odwołana.